



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 3. An licet vendere ultra justum pretium, saltem extraneo, vel emere  
infra?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

## DE CONTRACTIBUS. 501

Sed quid si res quædam neque lege, neque ex communi estimatione hominum pretia habeant, cuiusmodi sunt gemmæ exquisitæ, aves rarae, tabellæ, statuæ antiquæ, flores, artefacta quædam rara, & similia, quæ non sunt necessaria?

Resp. Res illæ non possunt vendi pro arbitrio vendentis, sed debent secundum æstimationem peritorum. Ita Cajetan. Navar. Rebellus, Lessius, Salas, De Lugo, & alii. quia justum eorum pretium sumendum est, non ex beneplacito Domini, sed ex judicio prudenti, spectatis novitate, antiquitate, raritate, utilitate, & aliis circumstantiis ad valorem rei facientibus. Nam non ideo restanti valet, quia venditori placet tanti vendere, sed quia intelligentum judicio tanti æstimatur. Et nem o prudenter potest judicare rem tanti valere, quanti potest vendi: pretium autem justum debet esse prudenter æstimatum. Nec refert, quod nulla vis, aut necessitas inferatur emptori, alioqui possent usuræ retineri, quando mutuum petitur ad usus non necessarios, ut ludum, &c.

Q. 3. An licet vendere ultra justum pretium, saltem extraneo, vel emere infra?

Resp. Neg. Ita nunc omnes Theologi. Constat 1. ex cap. 1. de empt. 2. Quia in omni contractu æqualitas justitiae jure naturali ser-

Li 3 vari

vari debet erga omnes: at non servatur justitia & equalitas inter rem, & pretium, si res pluris vendatur, vel minoris ematur, quam valeat. **E**mptio & venditio videtur esse introducta pro communi utilitate utriusque: quod autem pro communi utilitate inductum est, non debet esse magis in gravamen unius, quam alterius, & ideo debet secundum equalitatem rei inter eos contritus institui... & ideo carius vendere, vel vilius emere rem, quam valeat, est secundum se injustum, & illicitum. ait S. Thom. 2. 2. q. 77. a. 1.

Quare vendor tenetur in conscientia excessum pretii restituere, & emptor supplere pretium justum: nam illud, quod excedit, vel deficit, non censetur liberaliter, ac gratis, & absolute donatum; sed pretium datur solum tanquam debitum, ac justum pretium mercis, merx vero tanquam aliquid equivalentis, ac debitum pretio oblato. Namvis in foro externo non detur actio, nisi cum est iustitia, seu laesio ultra medietatem justi pretii, ad vindicandam multitudinem litium, que paucim emergerent, si ex quavis inaequalitate daretur actio.

Cum autem in pretio vulgari detur aliqua amplitudo, licet vendere pretio summo, & emere insimo, nam utrumque justum est. Non licet tamen ei, qui aliquid pretio insimo vendidit, pretium occulta mercis imminutio ne reducere ad medium, vel summum: nam ageret contra conventionem, & contra jus alterius

alterius ex ea acquisitum, sicque teneretur ad restitutionem. Venditio enim est perfecta consensu ementis, & vendentis, etiam antequam tradatur merx.

*Obj. L. 16. ff. de Minor.* Dicitur in pretio emptionis, & venditionis naturaliter sicere contrahentibus se circumvenire.

*Resp.* Id intelligendum est intra latitudinem vulgaris, ac justi pretii; vel solum significatur in foro externo non dari actionem, nec pœnam pro laſfione infra dimidium. Alioqui lex ista iuſta, ac nulla eſſet, & repugnaret iſti legi diuinæ naturali. *i. ad Theſſ. 4. Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum, quoniam vindiceſt Dominus de his omnibus.*

*Not.* Est iuſtitia, quoties, dato juſto pre-  
tio, additur emptori, vel venditori onus ali-  
quod pretio aſtimabile, quod non compe-  
nſatur. Nam tunc eſt inꝝqualitas, nam emptor  
ultra preium juſtum, vel venditor ultra rem  
venditam compellitur ad aliquid pretio aſti-  
mabile pro quo nihil rependitur. *De Lugo.*

*Q. 4. An qui fraude, vel mendacio induxit alium ad emendum majore pretio, quam alijs emiſſet,  
quamvis non excedente ſumnum, peccat?*

*E* tenetur ad restitu-  
tionem?

*Reſp. Aff.* Quia emptori eſt illius danii, vel

II 4

lucri